

nostra ira magna [affecta est] pro eo, quod nobis indebiti iudicii as-
 scripsistis maculam, dicentes, quod terram ^{a)} Thuringie usurparemus
 nobis ^{b)} et imperio, estimantes, quod post obitum reverendi principis
 vestri patris ¹⁾ sorte hereditaria vestra esset, quod non est verum. Quod I
 probare intendimus per statuta legalia, que sic sonant: Possessiones ^{c)} I, VI
 feudales ^{d)} in alienam possessionem invitis heredibus convertuntur adiu- VIII, XVII,
 vante domino feudali, possessio ^{e)} autem hereditaria ad alienum posses- XXV
 sorem numquam transit, nisi de heredum voluntate [et] licencia per
 consensum. Cum ergo prescriptus vester pater tam terram Thuringiam ^{f)}
 quam Misnensem ^{g)} ab imperio iure habuerit feudali, neutra earum iure
 hereditario ^{h)} vos contingit. Unde et utrasque ⁱ⁾ nobis et imperio pro
 pecunia et post obitum suum vacaturas ^{k)} imperio resignavit ^{l)}. Qua-
 propter ipsas nobis volumus subiugare et si vos in eo contrarios in-
 venerimus, vestram rebellionem et contumaciam tanta inclemencia com-
 pescemus, quod nostre magestatis balteum flexis genibus addorabitis ²⁾ III, XIII,
 a nobis veniam postulantes. XXIII

III (6, fol. 40r)

*Die Söhne des Landgrafen Albrecht von Thüringen werfen dem König
 die Verwüstung des Landes vor.*

Nach 1294 September 22.

Sustinuimus pacem et non venit, quesivimus bonum et ecce turbatio ¹⁾.
 Huius ^{a)} sacre ^{b)} scripture eloquium nos cum nostris hominibus bene
 possumus lacrimabiliter recitare ^{c)}, qui sperabamus ^{d)} vestram maiesta-
 tem nobis nostrisque ^{e)} terris mansuetam ^{f)} et pacificam adventuram. VI
 Hoc heu! nobis accidit, *quia* ^{g)} *enim* ^{h)} *diceremus: pax et securitas* ²⁾,
 vos cum vestris complicitibus nostris pauperibus parastis interitum ⁱ⁾ re-
 pentinum, quia villas incendistis, ecclesias et alia loca sancta funditus
 destruxistis et ab eisdem ^{k)} multa spolia detulistis, preterea pauperes

II. ^{a)} terra ^{b)} vobis ^{c)} possessionis ^{d)} feodalis ^{e)} possessione ^{f)} thuri-
 giam ^{g)} misnensen ^{h)} hereditaria ⁱ⁾ vestrasque ^{k)} vacatuos ^{l)} resignavi

¹⁾ *Albrecht der Entartete, Landgraf v. Thüringen.* ²⁾ *Isai. 60, 14.*

III. ^{a)} huis ^{b)} folgt frp, wohl eine nicht getilgte Verschreibung ^{c)} recitaret
^{d)} speramus ^{e)} nostreque ^{f)} mansuram ^{g)} quam ^{h)} ter, folgt notum
ⁱ⁾ interiter ^{k)} eridem

¹⁾ *Breviarium Romanum, Pars autumnalis, In dominicis Novembris, Ad vigi-
 lias responsorium VI. (in secundo nocturno). In Breviario Monastico: Resp. VII.*
²⁾ *1. Thess. 5, 3.*